



**V**oto unico ultimoque,  
Senex beate vitam,  
Quo clauseris & ævi  
Satur, gravisque morbi.  
Nunc dicerem volebas;  
Erat hoc: DEUS DEORUM  
Nisi te, tuiq; vultus  
Radios nihil requiro.  
Te te requiro solum  
Suspirijsq; crebris  
Manibusq; sublevatis,  
Voto tuo fruaris  
Senex Beate, vitâ  
Non perdita sed auctâ  
Salubriore sorte.

D. Joachimus Stockmar,  
Physices Profes.



**O**ccidit HAGIADES senio confectus & annis,  
HAGIADES Themidis Eusebiesq; jubar.  
Nil illi quondam facilis natura negarat  
Cum tulit omnigenas more parentis opes:

Non